1364

fato Nobili Hrehorio Ilnicki et illius succesoribus ob non completionem prae-
missorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus memoratus regni
Nobilis Iwan Stupnicki praefato Nobili Hrehorio Ilnicki ac eius po-
steris dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem in-
scriptionem praesentem obligatoriam ex his Actis Castrensibus authenticae depromp-
tam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi
et transportandi quo transportata tanti habebit ac si per ipsummet re-
cognoscentem transportaretur. Pro quibus quidem vadio vel vadiis
modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro se aliqua partim ex prae-
missis non completa complendo praemissis citatus existens memoratus regni
Nobilis Iwan Stupnicki aut eius succesores ad instantiam praefati
Nobilis Hrehorii Ilnicki et illius posterorum ad officium praesens Ca-
strense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respon-
dendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam pe-
remptorio stare [illegible] parere [illegible] vadia praefata luere inscriptioni huic sa-
tisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur ac suos succesores
ad eadem omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes
consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios [illegible] infirmitate
pro maiori minorennitate succesorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad exercitum vel aliis quibusvis dilla-
tionibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem [illegible]
[illegible] proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dillationem
sibi non recipiendo nullasque [illegible] appellationes ac earum prosecutio-
nes faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel [illegible]
[illegible] suspensionibus fatalibus iuris praesentis terrestris bellis con-
[illegible] et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non sub-
veniendo [illegible]
terfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Iidem inter se Roborant. cum Jaworski

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Nobiles Iwan Stupnicki Waskowicz ab una et Wasili-
us Jaworski ex altera partibus sani mentibus et corporibus existentes
a [illegible] iuribus [illegible] iurisdictionibusque suis quibusvis [illegible]

recedendo

Conf. fol. 6

1365

recedendo huic autem iuribus omni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem atti-
net se cum succesoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter plenarie incor-
porando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum se cognoscit et quili-
bet ipsorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese suosque succes-
sores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecunialibus ha-
bitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris eius in-
scribunt et obligant interscissam certam inter se [illegible] ratione certarum
rerum et conditionum ibidem contentarum de actu et data in Villa [illegible]
nie die decima Martii anno praesenti confectam manibus nomine prae-
fati Stupnicki Nobilis Chryczko Ilnicki et eiusdem Wasili Jaworski propria
subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eiusdem interscissae conditionibus
punctis clausulis articulis vadiis ligaminibus et nexibus quibusvis universis
tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter
observare omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus
fuerit satisfacere praefatam interscissam ad inscriptionem praesentem [illegible]
praesentem ad praedictam interscissam vicissim in toto referendo. Idque sub
vadio Trecentorum et Novem florenorum pecuniae polonicae per partem parti cum
succesoribus utriusque partis ob non completionem contentorum interscissae praefatae
omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Nihilominus memorati regni utraque partes
se suosque succesores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuni-
ariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac poste-
ris utriusque partis inscribunt et obligant inscriptionem praesentem roboriam
ex his actis Castrensibus authenticae depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia
ante decursum trium annorum coniunctim sive divisim transportare sub simili et speciali
vadio Trecentorum et Novem florenorum pecuniae polonicae per partem parti cum suc-
cessoribus utriusque partis ob non transportationem inscriptionis praesentis pro
tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus qui-
dem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro se
aliqua partim ex praemissis non completa complendo praemissis citata existens
pars una praemissa non tenens aut eius succesores ad instantiam partis alte-
rius praemissa tenentis ac illius posterorum ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat me-

diante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri pa-
rere mederi vadia praestare ac valere in scriptis huic satisfacere ac omne iu-
dicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eaque omnia
obligat cuncta terminum primum peremptorium et alios omnes consequen-
tes causae eius terminos semper peremptorios vera infirmitate pro ma-
iori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitii mi-
litari ad munimenta ad evictorem vel aliisquibusvis dilationibus et legali-
bus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos
officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque
motiones appellationes ac eorum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iu-
ris praeservative dein bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis
et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa media.

Mielecki Koniecpolskiey Donat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliens.
Generosus Hiacinthus Mielecki de Mielec Generosi olim Joannis Mielecki
de eadem filius et successor legitimus sanus mente et corpore existens a iure
iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competenti-
bus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen-
tis recedens se vero cum successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii prae-
sentis Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et
plenarie incorporando et subiciendo palam libere ac expresse recognovit Quia
ipse bona sua propria et haereditaria in praefatos totas villas et integras sortes
suas haereditarias in haereditate villarum Zyrzyny Polomia et Brzeziny in Palatu
Sandomiriensi et Districtu Pilznensi iacentes et consistentes super praefatum
olim parentem suum tam iure naturalis successionis post Generosam olim Catheri-
nam de Prochna matrem ipsius devoluta quam et sortes per eundem praefatum
parentem suum a Reverendo olim Nicolao Mielecki Abbate Tinecensi tum et a Ge-
neroso Christophoro Mielecki de eadem Mielec fratribus suis germanis iure
acquisitas post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem parentis sui in se
recognoscentis inter alios fratres suos pro suo interesse iure naturalis suc-
cessionis devolutas et sibi modo quovis servientes cum praediis inibique
bonis existentibus cum totali praemissorum cunctorumque bonorum iure dominio et pro-
prietate haereditate titulisque haereditariis Necnon cum iure patronatus praesentandi

quorumvis

quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum Ecclesiis Catholicis orthodoxae Religio-
nis Ritus Romani et Ecclesias quasvis respectu cunctorumque bonorum servientis
omnibusque et singulis cunctorumque bonorum praemissorumque omnium fructibus proventi-
bus redditibus utilitatibus emolumentis curiis praediis allodiis structuris aedi-
ficiis ibique sitis agris pratis campis pascuis sylvis borris nemoribus gaiis
rubetis indaginibus fluviis fluminibus rivis rivulis littoribus torrentibus
cunctisque decursibus stagnis lacubus piscinis magnis et parvis molendi-
nis tabernis subditis cmethonibus hortulanis inquilinis cunctisque labo-
ribus censibus dationibus obventionibus decimis muniis officiis obsequi-
isque universis ab eisdem subditis modo quovis provenientibus attinentiisque et per-
tinentiis quibusvis universis ac cum totali bonorum praefatorum fundo et haere-
ditate nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus vel pro quopiam
alio reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis
generi per speciem et e contra non derogando deinde ita late longe circum-
ferentialiterque prout cunctaque bonorum haereditas se in suis metis et limiti-
bus extendit et continetur et prout eadem bona is idem regens solus tenu-
it habuit et possidebat tenereque habere et possidere debuit. Jam
exnunc et de facto Generosae Marianna de Zurow Generosi olim Stephani Ko-
niecpolski consorti relictae et ipsius successoribus dedit donavit ac titulo puro
et irrevocabilis donationis inscripsit et resignavit prout praesentibus dat
donat ac titulo puro et irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo
et in aevum irrevocabiliterque. Et iam exnunc is idem regens Generosus Hiacinthus
Mielecki dat et admittit praesentibus praenominatam Generosam Mariannam Koniec-
polska et ipsius successoribus in bona suprannotata praesentibus donata
realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem cum praesentaneo
usufructu gaudendumque volentes acceptando. Per ministerialem quemcunque sibi
adducerit eligendumque iam exnunc ab officio praesenti additum Per ipsam
Generosam Mariannam Koniecpolska et ipsius successores tanquam veros
et legitimos bonorum suprascriptorum haeredes bona praefata praemissaque om-
nia praesentibus donata iure haeredis tenendi habendi possidendi pacificeque
et quiete utifruendi ac in usus suos suorumque successorum beneplacitos quovis.